



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Quomodo mundus per ipsum factus est.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-83011](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-83011)

§. 3. Plus difficultatis in alio argumento est. Mundus idcirco reprehenditur, quod verbum non cognovit. Hoc de verbo incarnato intelligi non potest: neq; enim mundo patefactum est Trinitatis mysterium, quocirca nec illius ignorantia deliquit. At quod verbum incarnatum à prophetis prædictum, tot miraculis operibusq; commendatum non agnouerit, id vero magnæ superbiæ ac perniciæ fuit. Si opera non fecisset inquit ipse Dominus, peccatum non haberent.

Respondeo. Mihi etiam hanc rationem videri à nobis esse, & Patribus. Quis enim dicit: Et mundus per ipsum factus est, & mundus cum non cognouit. Eodem modo accipienda sunt, & αὐτὸν, & αὐτὸν per ipsum, & Eum, nempe verbi personam, loquitur enim de verbo genere masculino, quia vt de persona. Nec potest interpretem nostrum inaduerentia accusandum, vt facit Iansenius: quomodo enim non aduerterit, Eum, non posse ad lucem, vel verbum referri? cum præcessissent: sed personam respicit, non autem voces. Ille verò hoc in errore Erasimum sequitur, qui contendit, legendum esse, Illud non cognouit. Rectius Syrus personam non lumen intellexit, cum dicit: Mundus per manum eius fuit. At cum dicit, Mundum esse per ipsum factum non intelligit per Christum compositum, seu subsistentem in duabus naturis, ergo etiam cum dicit: Eum non cognouit, de eadem personâ intelligitur. Quod attinet ad cognitionem Sanctæ Trinitatis ea obscura fuit, paucis veterum data. Verum hic non est sermo de personalium proprietatum distinctione: sed reprehenditur mundus, quod Deum creatorem non cognouerit, amauerit, nec obtemperauerit. Non nouit Deum, qui in personis tribus subsistit, ideo non nouit filium, nec Spiritum sanctum. Non tamen ideo damnatur, quod illa mysteria ignoret, sed quod Deum, Dei sapientiam, bonitatem, potentiam ex operibus non consideret, nec cognoscat. Perinde enim est ac si dicat creatorem non cognouit: nam filius hic creator dicitur, quod commune est tribus personis, vt creatorem igitur, Dominumq; agnosco debuerunt: in eadem est etiam sententiâ Vincentius nosfer.

§. 4. Peccatum igitur mundi est, Deum qui vnus est in essentiâ, trinus in personis non agnouisse, coluisse, vt Deum creatorem, factorem, Dominum, finem omnium. Non tamen trinitatem personarum ignorando deliquit. Hæc enim ex operibus colligi non potest.

§. 5. Nouatianus hinc etiam Christi diuinitatem rectè probat libro de Trinitate. Ac si de celo descendit verbum hoc tanquam sponsus ad carnem, vt per carnis assumptionem filius hominis illuc posset ascendere, vnde Dei filium verbum descendit: merito dum per connexionem mutuum & caro verbum Dei gerit, & filius Dei fragilitatem carnis assumit, cum sponsa carne descendens, illuc vnde sine carne descendit, recipit iam claritatem illam, quam dum ante mundi institutionem habuisse ostenditur, Deus manifestè comprobatur. Et nihilominus dum mundus ipse post illum institutus refertur per ipsum creatus esse reperitur, quo ipso diuinitatis in ipso per quem factus est mundus, & claritas & auctoritas comprobatur. Et pari ratione Chrysostr. Quibus verbis iterum se ad æternam vnigeniti reducit essentiam. Qui enim audit hunc mundum esse eius opus, nisi penitus insinat, nisi inimicus gloriæ Dei atq; hostis sit, omnino velit noluit, ante opera sua eorum conditorem fuisse confiteatur necesse est. Quocirca magis magisq; indies admiratus sum Pauli Samosatensis insinuationem, quo vultu tam manifestè audeat repugnare veritati, & se ipsum sponte sua in errorem præcipitem dare. Non enim ignorans, sed consulto errauit, non scelus ac iudei.

Adami Conzen in Euang. Tom. II.

Nam quemadmodum hi hominibus gratia, fidei firmitudinem prodiderunt, & Christum vnigenitum, & Dei filium intelligentes, principium tamen gratia fatari noluerunt, ne è synagoga eicerentur, ita & illum vt mulieri eandem rem gratiam faceret, salutem suam inquit contempsisse. Creare autem esse infinitæ potentia, ideoq; solus Dei, tum multis modis Theologi, tum verò lib. 2. Metaph. accuratè Soarez nosfer probat. Deus enim necesse est vt sit, quisquis ex nihilo condidit aliquid. Cum infinita sit inter nihil & res distantia. Interim Deus ita in mundo est, vt & extra sit, vbiq; enim est: & πανταχὺ θεός, ἰσομὲν inquit Chrysostr. πᾶσι θεὸς ἐν παντί, quod Deus vbiq; sit nouimus, quomodo autem nescimus. Est enim τὸ θεὸν ἀμυγρὸν, ἀκρυστον, & ἀμετρίστον, diuinitas est sine missione, secreta, & impartibilis. Et Sanctus Iren. lib. 2. contra hæreses cap. 1. Neq; super Deum, neq; post Deum est aliquid. Et Theophylactus lib. 1. ad Deum incircumscriptum: ὁ θεός δὲ ἐστὶν ἀχρόστου, μετὰ δὲ ἀπεριγραπτὸν, & ἀπεριόριστον, cognitione receptibilis, magnitudine incomprehensibilis, altitudine incognitabilis. addit: ἵππευ μὲν δὲ ἐν τῷ πᾶσι χωρεῖται, εἰ δὲ μήτε μετῶν ὁ χωρῶν τὸ πᾶσι αὐτὸς ἀρηθρίσεται, μετῶν γὰρ ἐστὶ χωρῶν ὁ χωρεῖται, θεός γὰρ χωρεῖται, ἀλλ' αὐτὸς ἐστὶ τὸ πᾶσι τῶν ὄλων: Dei alt. β. mi qui omnia regit, reuerat, existit, hoc quasi proprium est, vt non solum vbiq; sit, verum omnia presens inspicias, & audiat. Præterea nec loco capitur: alioqui locus, qui ipsum capit, eo maior inueniretur. Nam id quod capit, eo quod capitur, maior est. Deus enim loco nequaquam circumscriptur, verum ipse est omnium locus. Hinc locum illum multi negant, scilicet quo circumscriptur. Quemadmodum idem Theophylus, ὁ θεός ἀπὸ τῶν ἐπιπέδων τῶν ἐπιπέδων, & Macarius hom. 7. οὐ λέγει πᾶσι τὸν θεόν ἰδιον τόπον ἔχειν, ποιεῖ αὐτὸν ἕνα ἀπὸ τῶν ὄλων, &c. Si quis dicat proprium locum habere Deum, circumscriptum eum facit iterum homil. 11. ἡ δὲ οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν καὶ τὰ ἐπιπέδα πάντα καὶ τὰ ὑποκάτω τῆς ἀφύσεως περιέχει καὶ πανταχὺ περιλάμβανει, ἐν τῇ κτισθεί, εἰ καὶ ἐξωτὸν τῶν κτισμάτων ἐστὶ, ἵνα τὸ ἀμέτρητον καὶ ἀπεριόριστον: Deus as omnes creaturas tum celestes tum qua subit abyssum sunt continet, & vbiq; plene est, in creaturis, qui minus extra creaturas sit, eo quod sit dimensione, & comprehensione libera. Alibi hom. 16. ὁ θεός ἀπεριόριστος ἐστὶ καὶ ἀκατάληπτος πανταχὺ ἐπιπέδων, καὶ ἐν τοῖς ὄρεσι, καὶ ἐν τῇ θαλάσσῃ, καὶ ἐν τοῖς ὑποκάτω τῆς ἀφύσεως καὶ ἐν τῇ μετὰ τὰς οὐρανὸν ἀγγελικὰ καὶ ἀρχαῖα ἐστὶν ἐπιπέδων τῶν γῆν. ἐστὶ γὰρ ἐν ἐρείῳ καὶ ἐστὶν ἐν ὄρει. Deus incircumscriptus est, & incomprehensus, vbiq; apparet, in montibus, & in mari, & subter abyssum, non ratione migrationis, sicut Angeli descendunt è caelo in terram: est enim in caelo, est quoq; hic.

Itaq; & Isidorus Reluctosa vocat ἀχρόστου illocabile, & ἐπέκεινα πάσης, vltra omnem naturam. Sic Theodoretus in Psal. 70. 103. Nazianz. de fide orthodox. l. 1. c. 4. vide comment. Clichtouii.

QVÆSTIO II.

Quomodo mundus per ipsum factus est?

§. 1. Iam supra cum dixit omnia per ipsum facta, causam principem esse, non instrumentariam significauit. Ne quis eum mundo inclusum, aut mundi partem arbitraretur. in quocumque enim fuit, hoc per ipsum factum: in eo igitur vt factor in opere suo & conservator fuit. Quapropter Nihil factum Deo, & omnium eorum error, qui aliquid non coactum, Deo coactorem statuerunt: & præsertim num est. Vortij, qui falsum esse ait nihil ante mundum fuisse.

T sc.

